



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 23. Commendonus apud Marchionem Brandenburgicum, &  
Magdeburgensem Archiepiscopum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1561.

§. XXIII.

**Commendonus apud Marchionem Bran-deburgicum, & Magdeburgensem Archiepiscopum.**

Pallav. c. 4.  
n. 6.

Hæc colloquia Electorem inter, & Nuntium diutius protracta præcipue versabantur circa quædam capita, quæ hic Princeps aut hucusque nunquam audivisse, aut non intellexisse fatebatur, solidis tamen responsis, quibus Nuntius omnes ejus difficultates dissoluebat, adeo convictus videbatur, ut haud ultra continere se posset, quin ingemiscens hæc in verba prorumperet: *Profecto Reverendissime Domine multas, ingentesque cogitationes meum in animum induisti.* Verum humanæ, quibus Elector movebatur, rationes, neconon promissa, quibus fidem suam sociis suis astrinxerat, ac præcipue Ecclesiæ bona, quæ ad ceterorum Principum Protestantium exemplum jamjam suo ærario adjudicaverat, prævalebant veritatis cognitioni, ac propensæ voluntati suæ, quo circa haud mutata animi sententia Nuntium dimisit: Commendonus itaque Berolino excedens Joannem Brandenburgicum Marchionem Electoris, qui tum Brescæ agebat, fratrem adiit, interea responsum sibi a Joachimo reduce dandum præstolaturus, prius ta-

men

men in itinere constitutus Magdebur- **Sæcul. XVI.**  
 gensem Archiepiscopum hujus Electo- **A.C. 1561.**  
 ris Filium invisere statuit, a quo etiam  
 perbenigne exceptus, ibidem aliquot  
 dierum moram trahebat, ac Papæ lite-  
 ras, & diploma eidem tradebat, quod  
 etiam Archiepiscopus reverenter acce-  
 ptabat; postquam vero temporis spa-  
 tium, ut interea Patris sui consilium ex-  
 peteret, postulasset, Commendonus ei  
 reposuit: „haud alio tibi consilio opus  
 „est, sed unice attendas ad propriam  
 „muneris tui rationem, qua non modo  
 „Suffraganeos tuos ad Synodum decer-  
 „nere, sed ipsus etiam utpote ætate ju-  
 „venis, & viribus pollens eos præveni-  
 „re obstringeris..” Hoc Nuntii respon-  
 so Archiepiscopus intime tactus non  
 solum Tridentum, sed Romam adeundi  
 ac cum Papa conferendi animum præ-  
 fetulit.

#### §. XXIV.

#### *Marchionis Brandenburgici responsio ad Nuntium.*

Interea Commendonus Brescam ur-  
 bem Berolino vicinam veniens Papæ **Pallav. n. 7.**  
 literas unacum diplomate Joanni Bran-  
 deburgico Marchioni tradidit, hic vero **lit. Com-**  
 deburgico Marchioni tradidit, hic vero **Borrom. 4.**  
 ad ceterorum exemplum quoddam de- **Martii 1561**  
 liberandi spatium petiit, ac post duarum  
 horarum moram per suum Cancella-  
 rium